



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De omni peccatore quoties ceciderit, quòd toties resurgere debeat. iii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

D.BVRCHARDI. EPIS. IVVORMAC.

in eo purgari se à peccatis putant, & ministeriosco fungi
debere si præfata loca attingant. Sunt nihilominus hui
qui putat impunè se, aut peccare, aut peccasse: quia hæc
ea oraturi, frequentant. Sunt quidam potentum qui acquisi-
tendi censu gratia sub prætextu Romanj, sine Tuto in
itineris multa acquirunt, multos pauperum opprimunt, &
quod sola cupiditate faciunt, orationum sive sanctorum lo-
corū visitationis causa se facere videri affectant. Sunt pa-
peres qui vel ideo id faciunt, ut maiorem habeant mae-
riam mendicandi, de quorum numero sunt illi qui circu-
quaque vagantes illo se pergere mentiuntur, vel quia tu-
rum sunt vecordes, ut putent se sanctorum locorum solari-
fione à peccatis purgari, non attendent quod sit beatus.
Hieronymus: Non Hierosolymam vidisse, sed Hiero-
mis bene vixisse, laudandum est. De quibus omnibus im-
peratoris, qualiter sint emendanda, sententia expedetur
qui verò peccata sua sacerdotibus in quorū sunt parochi
confessi sunt, & ab his agenda pœnitentiæ consilium
ceperunt, si orationibus insistendo, elemosynas largien-
do, mores componendo, vitam emendando, apostolorum
limina, vel quorumlibet sanctorum inuisere desiderat, ho-
rum est deuotio modis omnibus collaudanda.

De omni peccatore, quoties ceciderit, quod toties ri-
surgere debeat. Cap. LII.

Ex dictis
Sosii cu-
iusdam
eremiti.

Dum quidam frater abbatem Sosium talis sermonem sis-
tenter querireret dicens: Quid faciam pater quoniam
cecidi? Illo respondit: Surge inquit. Illo vero se exurrexi-
se, & iterum cecidisse professo, respondit: Iterū adhuc sur-
ge. Cum autem frater frequenter surrexisse & frequenter
cecidisse narraret, eodem verò senex utebatur sermonem
exclamans, ne desistas surgendo. Cui frater ait: Vsque quo
possim surgere pater explana? Senex dixit: Vsquequo, aut
in bono opere, aut in malo depresso occumbas. In quo
nim opere fuerit homo depresso, in eo iudicabitur.

Ex dictis
Pimeni cu-
iusdam
eremiti.

Vidam frater requisuit abbatem Pimenem dicens:
Quid est pater quod dicit Apostolus: Omnia mundi
mundis? At ille dixit ei: Si quis ad hunc sermonem perve-

nit, iustum sit omni homini: quod se reprehendit.